

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiæ, 1766

LIB. XI. TIT. I. De Interrogatoriis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

Atque ita non OBSTAT (1) *l. 3. §. 8. h. l. 3. ff. test. quem. ap.* Ubi hæredes agunt ad exhibendum; his autem competit interdictum exhibitorium. *l. 3. §. 12. §. 15. tab. exhib.*

RESP. In dictis legibus agitur de vindicatione ipsarum tabularum, hoc fieri non potest nisi prævia actione ad exhibendum. *L. 3. §. 5. de Tab. exhib. l. 3. ff. Test. quem. ap. l. 3. §. 8. Ad exhib.* Secus si hæres saltem peteret inspectionem ob aliud jus personale, tunc enim cessat actio ad exhibendum, & dantur interdicta & edicta exhibitoria. *L. 3. §. 8. Ad exhib. l. 3. Test. quem. ap. l. 13. ff. Ad exhib. arg. l. 3. §. 5. tab. exhib.*

OBJ. (2) *L. 12. pr. h.* Ubi hæredi datur actio ad exhibendum in casu ubi quoque datur interdictum exhibitorium. *L. 13. pr. h.*

RESP. Actio ad exhibendum datur tantum, si exhibens libertatem vindicare velit, adeoque si pater est, qui habet vindicationem; *l. 1. §. 1. R. V.* cuius proinde peculiariter interest. *l. 13. h.* Alias, & si extraneus est, qui populari actione agit ad exhibendum, (vid. *l. 3. §. 9. Lib. hom. exhib.*) ut scilicet ex inspectione appareat num liber sit, non dabitur actio ad exhibendum: quia concivi non datur vindicatio libertatis, nec ejus peculiariter interest, vid. *praeced. quaest.* sed dabitur interdictum exhibitorium. *d. l. 13.*

LIB. XL TIT. I.

DE

INTERROGATORIIS.

QV. I. An articulos probet ille qui ponit?

NEGAT hoc *Laut. in f. h.* & in eo differre ait a positionibus, quas *Laut. pag. 156. verb.* ponens veras esse fatetur: Autor hujus opinionis est *Marant. p. 156. verb.* *6. rubr. de posit. n. 6. & 7.* at sine ratione, sine textu, & falso citatis *Ponens omnes ve-* autoribus, id decerpit *Gail. 1. Obs. 79. n. 6. & 7.* ex hoc *Carpz. proc. vas esse* *tit. 13. art. 4. n. 6.* qui citat *Hiltrop. proc. jud. p. 3. t. 3. n. 4. Um. proc. fatetur.* *l. 3. n. 3.*

Nos articulos æque ac positiones fateri probamus (1) quia est articulantis assertio, quam veram esse contendit voce, *Wahr* scilicet. Quin (2) est ipsa positio quæ ab adversario negata fuit, & jam per testes probari debet; & (3) contra sensum communem est, eum non fateri, qui publice & expresse id asserit & defendit, & testibus ac instrumentis id probare contendit: neque enim (4) articulans

Dddd 2

falsa



falsa & mendacia se docere concedet; nec (5) ratio differentiae inter positiones & articulos, & cur illos magis quam hos probare videatur, dari potest: Atque ita (6) Dd. in genere dicunt positiones probare ex *C. fm. Jurej. in 6. Bart. in L. 28. Quod observari n. 18. C. jur. Cal. Bocer. class. 6. d. 22. n. 13. Myns. Resp. 25. n. 23.* (qui de positionibus loquitur, ad quas testes respondent; adeoque de articulis *n. 20. seq.*) *Ferrar. Pract. form. cap. actor. vers. coram. n. 4.* ubi ait magis pure fateri articulos quam positiones. *Brunn. proc. civ. c. 17. n. 2.* Ubi ait se non capere eam differentiam. *Rosb. proc. t. 51. n. 23. & seq.*

Equidem hanc rationem differentiae dat *Dn. Berg. in resol. ad Laut. h. t. Ponentem quidem id intendere, ut adversarius respondeat, quo per ejusdem confessionem releveatur ab onere probandi; itaque aequum esse, ut ipse quoque ponens ponendo confiteatur, atque adeo adversarium leveat onere probandi, ne iudicium claudicat. Contra vero, qui articulos format, non velle ut adversarius respondeat, nec eo sine eum suos articulos producere, sed ut negata per testes vel instrumenta probet.*

RESP. (1) Imo vero ratio, quod ponens suas positiones veras fateatur, non haec est, ut adversarium releveat ab onere probandi, sed quia id asserit, eodem modo uti ille, qui libellum in iudicio offert, contenta vera esse dicit, unde etiam huiusmodi confessio judicialis pro plena probatione habetur: Eadem ratio est in articulis, nam hi quoque confessionem inferunt: Sed & (2) jam dictum est; articulos esse ipsas positiones a reo negatas, & per testes probandas; id quod ipse *Dn. Bergerus* ait, *articulos produci, ut negata per testes vel instrumenta probentur*: Cum ergo actor illa negata semel pro veris habuerit, jam improbare amplius nequit.

Atque hinc interrogatoria quoque formantem ea pro veris habere puto: Aliter *Dn. Berger. d. l. ibique Gomez. 3. Res. 12. n. 4. & Um. proc. disp. 16. th. 10. n. 67. in f.* Unde & reprobaturus pro confirmandis suis articulis reprobatorialibus potest compellere alterum, ut articulos probatoriales recognoscat: Aliter *Dn. Berger. d. l. ibique Schwend. ad Proc. Fibig. pag. 1402. seq.*

Qy. II. *An etiam in actionibus in rem interrogations obtinuerint?*

NEG. *Struv. h. th. 41. OBST. l. 20. §. 1. h.*

RESP.



RESP. Loquitur de causa personali, agitur enim ibi contra debitorem fundum possidentem.

OBJ. *L. 11. C. de pet. hæred.*

RESP. Singulare est in petitione hæreditatis. Conf. *Struv. Ex. 10. th. 51.*

Qv III. *An hodie adhuc interrogationes obtineant?*

Videatur late & bene hac de re *Dn. Stryk. U. M. h. §. 14. & §. 9.*

LIB. XI. TIT. II.

DE

QUIBUS REBUS AD EVN-
DEM JUDICEM EATUR?

Qv. I. *An reus diversarum jurisdictionum coram eodem iudice simul de petitorio & possessorio conveniri possit?*

AFFIRM. Et nemo alium super possessione, alium super proprietate iudicem postulare potest. *L. 10. C. Judic. l. 13. ff. R. V. Sum. 157. verb. ma enim iniquitas esset, si actorem plures actiones in diversis judiciis instituere, vel reus in diversis locis respondere teneretur, cum coram uno iudice lis terminari ex continentia causæ possit.*

At alia quæstio est, an cumulari coram eodem iudice petitorium & possessorium, unoque libello comprehendi possit? de quo plenius egit *B. Par. in Disp. de cumul. pet. & poss. Vid. infr. tit. de interd.*

Qv. II. *An conjunctio causarum hodie sit in arbitrio actoris?*

Ita putat *Laut. h. pag. 157.* sed ipse statim fatetur invito reo hoc fieri non posse. *ibid.* Plures casus hujusmodi conjunctionum late & solide recenset *Dn. Stryk. U. M. h. t.*

Laut pag. 157. verb. Hodie est in arb. etc.

Dddd 3

LIB.

